



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Restitutio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

RESERVATIO.

Vide verbo *Casus reservati*

RESTITUTIO.

Quomodo à Nostris aliena restituenda.

Ii, qui Societatem ingrediuntur, diversis personis, quæ sciri & inveniri non possunt, aliqua bona restituere tenentur; possunt omnes Præpositi ac Rectores, in locis sibi commissis, bona ipsa in pios usus convertere, prout secundum Deum viderint expedire. Concessum est Minoribus à Clem. IV. per Litteras, quas Sixtus IV. confirmavit per Bullam, datam prid. Kal. Sept. 1474. Incipit: *Regimini*: est 14. in Bull. Regul. §. 30. & Prædicatoribus idem Sixtus simili planè Bullâ, ut in Privilegiis Ordinis, Romæ impressis. 1555. fol. 153. pag. 2. & pro Congr. Lateranensi idem Pontifex Bullâ, datâ 10. Kal. Sept. 1476. Incipit: *Dum ad universos*: est 10. in Bull. comm. §. 30. & Jul. II. pro Canonicis Regularibus S. Salvatoris, Bullâ, 4. Nonas April. 1512. Incipit: *Inter ceteros*: est 30. ibid. §. 20.

In rebus parvi momenti, hoc est, usque ad summam viginti ducatorum, sit facultas Superi-

perioribus localibus: applicandi extra Societatem: Provincialibus verò, extra Societatem fit libera facultas quamcumque summam applicandi; intrà Societatem verò usque ad ducentos ducatos tantum.

Utrum in læsionibus necessaria sit restitutio in integrum, vide quæ habentur supra verbo *Privilegia*. §. 9.



SACRA.

§. 1.

Facultas pro laicis, tangendi calices, &c.



Nostri, qui inserviunt Ecclesiis Societatis in Sacristæ officio, etsi sacros Ordines non habeant, si modò primam habeant tonsuram, possunt tangere calices, & corporalia. Concessit Major Pœnitentiarius, eâ tunc facultate pollens, P. Joanni Polanco: ut constat ex Libro M. S. V. V. O. fol. 12. & 20. Per privilegia tamen Minorum, omnes laici possunt tangere Ecclesiastica paramenta, calices, & corporalia, debita cum reverentia, ac eadem corporalia lavare, cum expedierit. Ex cōcessione partim Calixti III. Orac. non authenticato, ut in Bull. Reg. inter ejus Orac. n. 3. par-

pa
eju

rio

ta,
fcie
Six
aut
me

St
S

fan
aliu
run
ta.

stia
ta i